

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber XII

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

## LIBER XII.

## BREVIARIUM CAPITUM.

1. Alexandri in retinendo milite sollertia. Graeci bellum, absente Alexandro, reparant.
2. Alexandri, regis Epiri, in Italiam expeditio, et eiusdem interitus. Scythae Zopyriona Alexandri praefectum et exercitum internecione delent.
3. Alexandri simulatio, ambitio, cum Thalestri concubitus, libido et luxuria.
4. Qua ratione Macedonas tumultuantes in officio continuerit.
5. In suos saevit, et nova ratione adversarios ulciscitur; populos ad Caucasum montem subigit, et Bessum Darii interfectorem fratri Darii excruciantum tradit.
6. In convivio trucidat Clitum amicum, quem frustra desiderat, peccati sera poenitentia ductus.
7. Ad ingenium reversus, in prudentes consiliarios saevit: ad Orientem statuit imperii limites: Bacchi vestigiis delectatur, Herculisque gesta superare contendit.
8. Porum, proelio superatum, regie excipit, et dimittit: multis populis expugnatis, quietem exercitui concedere velle videtur.
9. Denuo bellum instaurat. In Sugambrorum urbe de vita certat et periclitatur.
10. Oceani litora peragrat, et terminos imperii statuit: Babyloniam reversus, praefectos devictis gentibus accusatos vita privat, et filiam Darii in matrimonium recipit.
11. Liberalitas, munificentia, et severitas eiusdem.
12. Qua ratione Macedonas seditiosos ad officium revocaverit. Hephaestionis obitus et tumulus.
13. Dum occidentales provinciae manus porrigunt, Alexander Babylonem reversus, in letalem morbum incidit.
14. Alexander Antipatri artibus veneno exstinguitur.
15. Alexandri moribundi novissima verba.
16. Eiusdem elogium.

## CAPUT I.

1 **A**LEXANDER in persequendo Dario amissos milites magnis  
 2 funerum impensis extulit; reliquis expeditionis eius sociis  
 3 tredecim millia talentum divisit. Equorum maior pars  
 4 aestu amissa, inutilesque etiam, qui superfuerant, facti.  
 5 Pecunia omnis centum nonaginta millia talentum Ecbatana  
 6 congesta, eique Parmenio praepositus. Dum haec agun-  
 7 tur, epistolae Antipatri e Macedonia ei redduntur, quibus  
 8 bellum Agidis, regis Spartanorum, in Graecia; bellum  
 9 Alexandri, regis Epiri, in Italia; bellum Zopyrionis,  
 10 praefecti eius, in Scythia, continebatur. Quibus varie  
 11 affectus, plus tamen laetitiae cognitis mortibus duorum  
 12 aemulorum regum, quam doloris amissi cum Zopyrione  
 13 exercitus, cepit. Namque post profectionem Alexandri  
 14 Graecia ferme omnis in occasionem recipiendae libertatis  
 15 ad arma concurrerat, auctoritatem Lacedaemoniorum se-  
 16 cuta, qui Philippi Alexandrique et pacem soli spreverant,  
 17 et leges respuerant. Dux huius belli Agis, rex Lacedae-  
 18 moniorum fuit: quem motum Antipater, contractis mili-  
 19 tibus, in ipso ortu oppressit. Magna tamen utrimque cae-  
 20 des fuit. Agis rex, quum suos terga dantes videret, di-  
 21 missis satellitibus, ut Alexandro felicitate, non virtute  
 22 inferior videretur, tantam stragem hostium edidit, ut  
 23 agmina interdum fugaret. Ad postremum, etsi a multi-  
 24 tudine victus, gloria tamen omnes vicit.

1 **CAP. II.** Porro Alexander, rex Epiri, in Italiam a  
 2 Tarentinis, auxilia adversus Bruttios deprecantibus, solli-  
 3 citatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in divisione

## Lib. XII.

**CAP. I. §. 5. cepit.** In den gewöhnlichen Ausgaben findet sich noch  
 die Lesart *suscepit* fortgepflanzt, welche nicht allein die Handschriften,  
 sondern auch der Sprachgebrauch verwerfen. In wiefern man nur *do-*  
*lorem suscipere* sagen könne, lehrt die Stelle bei *Cic. Tusc. I, 46, 111:*  
*Nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice ferre de-*  
*bemus.* Dagegen *Iust. VI, 5, 8: plus tamen tristitiae ipse ex incensa et*  
*diruta a Lacedaemoniis patria, quam laetitiae ex recuperata post tantum*  
*temporis, cepit; vergl. X, 1, 3.*

orbis terrarum, Alexandro, Olympiadis sororis suae filio, Oriens, sibi Occidens sorte contigisset; non minorem re- 2  
rum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia et in Persis, habiturus. Huc accedebat, quod, sicut 3  
Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedo-  
nia, ita huic responsum Dodonaei Iovis circa urbem Pan-  
dosiam amnemque Acherusium praedixerat. Quae utraque 4  
quum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse, ad  
declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius  
elegerat. Igitur quum in Italiam venisset, primum illi 5  
bellum cum Apulis fuit: quorum cognito urbis fato, brevi 6  
post tempore pacem et amicitiam cum rege eorum fecit.  
Erat namque tunc temporis urbs Apulis Brundisium, quam 7  
Aetoli, secuti dudum fama rerum in Troia gestarum cla-

CAP. II. §. 3. circa urbem etc. In den Handschriften und alten Ausgaben wird gemeinlich die Stelle so gelesen: *responsum Dodonaei Iovis urbem Pandosiam amnemque Acherusium praedixerant*. Die Fehlerhaftigkeit dieser Lesart suchte zuerst Faber dadurch zu heben, dass er vor *urbem* ein *circa*, und hinter *Acherusium* aus einer Handschrift *cavendum* einschob; worauf die Oxfordter Ausgabe, angeblich aus Handschriften, *circa urbem — praedixerat*, verbesserte, welche Lesart sodann von allen nachfolgenden Herausgebern aufgenommen worden ist. Ich zweifle indess, ob *circa* sich wirklich in Handschriften finde, da weder *Bongarsius*, noch *Modius* und Andere irgend eine Spur davon in den ihrigen gefunden haben; so wie ich im Gegentheil die Lesart einer Handschrift *cavendum* für die einzig richtige halte; denn die grammatische Verbindung und Stellung dieses Wortes ist von der Art, dass es nicht leicht von einem Abschreiber herrühren kann. Ausserdem ist es wegen der Wahl des Ausdrucks: *amnemque Acherusium* für *amnem* oder *flumen Acheronta*, wie es §. 14 heisst, keinem Zweifel unterworfen, dass, wie in derselben Erzählung *Livius* VII, 24, 1: *Adcito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem: ibi fatis eius terminum dari*, — so auch *Iustin* genau den griechischen Ausdruck des Orakels habe wiedergeben wollen. Dasselbe wird so angegeben:

Αλαλδή προφύλαξο μολὲν Ἀχέρουσιον ὕδαρ  
Πανδοσίαν δ', ὅτι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστίν.

Und ebenso gebraucht hiervon *Strabo* das Verbum *φυλάττεσθαι* in seiner Erzählung: *ἐξηπάτης δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν Λαωδωνῇ χρησμὸς, φυλάττεσθαι κελύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν*.

§. 7. in Troia. I. e. in der Gegend, vor Troja. S. die Anmerk. zu

rissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, condiderant:  
 8 sed pulsi ab Apulis, consulentes oracula, responsum ac-  
 ceperant, *locum, quem repetissent, perpetuo possu-*  
 9 *ros.* Hac igitur ex causa per legatos, cum belli commi-  
 10 natione, restitui sibi ab Apulis urbem postulaverant. Sed  
 ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe  
 sepelierunt, perpetuam ibi sedem habituros. Atque ita  
 11 defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod factum  
 quum cognovisset Alexander, antiquitatis fata veneratus,  
 12 bello Apulorum abstinuit. Gessit et cum Brutiis Luca-  
 nisque bellum, multasque urbes cepit; tum et cum Meta-  
 pontinis, et Poediculis, et Romanis foedus amicitiamque  
 13 fecit. Sed Brutii Lucanisque, quum auxilia a finitimis  
 14 contraxissent, acrius bellum repetivere. Ibi rex iuxta ur-  
 bem Pandosiam, et flumen Acheronta, non prius fatalis  
 loci cognito nomine, quam occideret, interficitur; mo-  
 riensque, non in patria fuisse sibi periculosam mortem,  
 15 propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius  
 16 Thurii publice redemptum sepulturae tradiderunt. Dum  
 haec aguntur in Italia, Zopyrion quoque, praefectus Ponti

XI, 5, 12: In Ilio quoque ad tumulos eorum, qui Troiano bello cecide-  
 rant, parentavit.

§. 8. *quem repetissent.* Die Handschriften des Bongarsius scheinen  
 die richtigere Lesart, *qui*, zu enthalten; wenigstens entspricht sie bes-  
 ser dem Folgenden: *interfectos legatos — habituros.*

§. 14. *periculosam mortem.* Crævius hat diese Stelle angegriffen,  
 indem er bemerkt: „*Periculosa mors* quid sit, nemo dixerit. Mortui  
 omnibus periculis sumus defuncti. Quod morte nos afficit aut propius  
 admovet morti, periculosum est, ut Caesar, iter, expeditio, proelium,  
 lucta, morbus et quae sunt mille alia. Sed ipsa mors non potest dici  
 periculosa. Unius literae perversio hunc locum turbavit, qui restitutus  
 erit, si legas: moriensque non in patria fuisse sibi periculosam mor-  
 tem, hoc est, periculosum oraculum, periculum, quod cecinerat ora-  
 culum, non in patria sibi impendere.“ So fein diese Bemerkung auch  
 ist, und so sehr auch Abr. Gronov diese Verbesserung durch Beispiele  
 unterstützt, so wage ich doch nicht, dieselbe für die ursprüngliche Les-  
 art anzuerkennen, da das Substantivum *periculum* nicht selten in die  
 Bedeutung von *Furcht* übergeht, und dann selbst die Construction der  
 Verba der Furcht annimmt; so dass *periculosus* leicht eine synonyme  
 Bedeutung mit *metuendus* erhalten konnte.

ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil et ipse gessisset, adunato triginta millium exercitu, Scythis bellum intulit; caesusque cum omnibus copiis, poenas 17 temere illati belli genti innoxiae luit.

CAP. III. Haec quum nuntiata in Parthis Alexandro 1 essent, simulato moerore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo triduum luctum indixit. Omnibus 2 deinde, velut perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, coniugesque ac liberos suos animo iam quo-

CAP. III. §. 1. *triduum luctum*. Einige Herausgeber haben die Aenderung des *Sebisius*, *tridui*, aufgenommen, und dies wäre allerdings das Ansprechendste, wie II, 9, 9: *quos ubi viderunt quatruidi teneri religione*. Andere lesen mit mehreren Handschriften, und alten Ausgaben, *triduo*, wie II, 11, 4: *Triduo ibi — dimicatum*; vgl. XII, 6, 15. Doch wird auch die gewöhnliche Lesart *triduum* beibehalten werden können; denn auch II, 10, 12: *Igitur Xerxes bellum a patre coeptum adversus Graeciam quinquennium instruxit*, ist die Lesart durch Handschriften gesichert; wogegen die alten Ausgaben *per quinquennium* lesen. Liv. XXXI, 34, 9: *Biduum consul et rex continuere suos intra vallum*. III, 30, 5: *Quoniam ipsi quinquennium elusi essent*. Mehrere Nachweisungen findet man bei Iac. Gronov zu Liv. XXIII, 20, 2, und bei Drakenb. zu X, 21, 6.

§. 2. *reditum in patriam expectantibus*. Die Lesart schwankt zwischen *spectantibus* und *sperantibus*. *Spectare* heisst auf etwas schauen, entweder; um einen Gegenstand bloß zu sehen, oder, um in irgend einer Hinsicht darauf Rücksicht zu nehmen; *expectare* aber heisst erwarten, indem es den Begriff des Zukünftigen einschliesst, wobei man etwas, worauf man gesehen, zu erlangen hofft. Oft sind diese Verba unter einander verwechselt worden; an einigen Stellen ist die Wahl nicht schwierig, wie in denen, welche Drakenb. zu Liv. XXII, 22, 21 über *spectare* verglichen hat; in andern dagegen lässt sich sowohl *spectare*, als *expectare* vertheidigen, aus der Bedeutung des hinzugefügten Objects. So an unserer Stelle, wo *spectantibus* nicht unpassend und von mehreren Herausgebern auch aufgenommen worden ist. Auch Oudendorp zu Caes. B. G. II, 20, 4 zieht dasselbe vor; die Stelle aber aus Cic. p. Lig. 1: *Domum spectans et ad suos redire cupiens*, welche er vergleicht, gehört nicht hier her; denn Niemand würde daselbst *domum expectans* schreiben; so wie an unserer Stelle, wenn statt *reditum in patriam* das bloße *patriam* stände, unbedenklich *spectare* gelesen werden müsste. Mir scheint indess hier *expectantibus* wegen des folgenden *animo iam quodammodo complectentibus*, die richtigere Lesart zu seyn, und so sagt auch Cic. ad Fam. XV, 21 extr.:

dammodo complectentibus, ad concionem exercitum vocat: ibi nihil actum tot egregiis proeliis ait, si incolumis Orientalis barbaria relinquatur; nec se corpus, sed regnum Darii pelisse; persequendosque esse eos, qui a regno defecerint. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam, Mardosque subegit. Ibi ei occurrit Thalestris sive Minithya, Amazonum regina, cum trecentis mulieribus, viginti quinque dierum inter infestissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quaesitura: cuius conspectus adventusque admirationi omnibus fuit, et propter insolitum feminis habitum, et propter expetitum concubitum. Ob hoc tredecim diebus otio a rege datis, ut visa est utrum implere, discessit. Post haec Alexander habitum regum Persarum, et diadema insolitum antea regibus Macedonicis, velut in leges eorum, quos vicerat, transiret, assumit. Quae ne invidiosius in se uno conspicerentur, amicos quoque suos longam vestem auratam purpureamque sumere iubet. Ut luxum quoque, sicuti cultum Persarum imitaretur, inter pellicum regiarum greges electae pulchritudinis nobilitatisque notitium vices dividit. His rebus ingentes epularum apparatus adiiicit, ne ieiuna et destructa luxuria videretur, conviviumque

*reditum expectem.* Dagegen wird wohl *Iustin.* XIII, 1, 10: *amici Alexandri frustra regnum spectabant* zu lesen seyn. Einige Gelehrte, namentlich Gebhard zu *Liv.* VII, 24, 6. Freinsheim zu *Curt.* VIII, 8, 16 haben geglaubt, dass *expectare* für *spectare*, und umgekehrt gebraucht worden sei; allein diese Verwechslung dieser beiden Verba findet sich in der spätern Zeit, aus welcher sich auch die Verschiedenheit der Lesart herschreibt. Man vergleiche darüber *Drakenb.* zu *Liv.* VI, 23, 1, und *Muncker* zu *Hygin. Poët. Astr.* p. 350. Bei *Flor.* II, 7, 3: *Macedonicum bellum nomine amplius, quam expectatione gentis fuit*, giebt eine alte Ausgabe, und eine von mir verglichene Handschrift das richtigere *spectatione*.

§. 11. *destructa luxuriosa.* Graevius nahm an *destructa* Anstoss, und wollte dafür setzen *restricta* i. e. *parca*, quum nulli sumptus fiunt in voluptates, epulas, delicias. Allerdings ist der Ausdruck *destructa luxuria* gezwungen; doch scheint derselbe vertheidigt werden zu können, wenn man annimmt, dass *Iustin* sich kürzer ausgedrückt habe, statt: *ne luxuria ieiuna videretur et destrueretur*; in dieser Auflösung

iuxta regiam magnificentiam ludis exornat; immemor prorsus, tantas opes amitti his moribus, non quaeri solere.

CAP. IV. Inter haec indignatio omnium totis castris erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse, ut etiam patriae nomen eiuraret, moresque Persarum assumeret, quos propter tales mores vicerat. [Sed ne solus vitiis eorum, quos armis subegerat, succubuisse videretur; militibus quoque suis permisit, si quarum captivarum consuetudine tenerentur, ducere uxores; existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quandam larium, ac domesticae sedis; simul et laborem militiae molliorem fore dulcedine uxorum.] In supplementa quoque militum minus exauriri posse Macedoniam, si veteranis patribus tirores filii succederent, militaturi in vallo, in quo essent nati; constantioresque futuri, si non solum tirocinia, verum et incunabula in ipsis castris posuissent. Quae consuetudo in successoribus quo-

würde man *destruere* minder auffallend finden. Ueber dieses Verbum vergl. *Ruhnken zu Vellei. Pat. II, 48, 2.*

*iuxta regiam magnificentiam.* S. die Anmerk. zu II, 12, 25: *iuxta praeceptum Themistoclis.*

CAP. IV. §. 1. *patriae nomen eiuraret.* Mit Recht haben *Graevius* und andere Herausgeber diese Stelle gegen die Aenderungsversuche einiger Gelehrten in Schutz genommen. *Eiurare nomen patriae* heisst im verstärkten Ausdruck, das Vaterland verläugnen, wofür *Tacit. Hist. IV, 29* das einfache *patriam eiurare* gebraucht. Vergl. *Senec. ad Marc. 19. Benef. VI, 4.* *Nomen* wird nämlich nicht selten mit Substantiven oder Adjectiven verbunden, um die Person, welche in dem beigefügten Substantiv oder Adjectiv enthalten ist, hervorzuheben, oder auf dessen Berühmtheit hinzudeuten. So steht *XIII, 6, 12: propter Alexandri Philippique nomina* nachdrücklich für das bloss *propter Alexandrum et Philippum.* *XXXVIII, 4, 9: Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in partem virium suarum numeret;* und *V, 8, 6: delendum Atheniensium nomen* für *Athenienses.* Vergl. daselbst *c. 6, 4; XXV, 2, 10; XLIII, 5, 4.* Auf gleiche Weise heisst es vom Hannibal *XXXI, 2, 1: metu invisi nominis tandem populum Romanum liberaret.*

§. 7. *in successoribus.* *Burmam zu Vellei. Pat. I, 8, 3: quae consuetudo in annos septuaginta mansit,* tadelt die Herausgeber, dass sie an unserer Stelle die Lesart *in successores* verworfen haben, da man *manere in* und *per secula* promiscue gebraucht habe. Allein der

8 que Alexandri mansit. Igitur et alimenta pueris, et instrumenta armorum equorumque iuvenibus data; et patribus pro numero filiorum praemia statuta. Si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum

gelehrte Mann bedachte nicht, dass in der verschiedenen Construction auch ein verschiedener Sinn liege, wie dies sowohl die von ihm selbst beigebrachten Beispiele, als auch die angeführte Stelle aus *Velleius* beweisen. *Mansit res in tempus aliquod* sagt man, insofern eine Sache bis zu einem angegebenen Zeitpunkt gedauert hat. *Ovid. Art. Am. III, 127: nec nostros mansit in annos rusticitas*; wofür *Iustin* oben c. 6, 9: *mansit haec voluntas moriendi etiam sequentibus diebus*, den blossen Ablativ gebraucht. Dagegen wird *mansit res in hominibus* gesagt, wenn ausgedrückt werden soll, dass eine Sache an oder bei den angegebenen Menschen als bleibend und vorhanden sich gefunden habe. So an unserer Stelle, und noch deutlicher XV, 4, 9: *Originis eius argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii nepotesque anchoram in femore, veluti notam generis naturalem habuere. Sueton. Ner. 1: in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum aerique assimilem capillum redderent. Quod insigne mansit et in posteris eius ac magna pars rutila barba fuerunt*. Der Accusativ könnte in diesem letzten Falle nur dann stehen, wenn die Zeit, in welcher die angegebenen Menschen lebten, als Endpunkt der Dauer einer Sache angegeben werden soll. Demnach könnte an unserer Stelle die Lesart *in successores* nicht unrichtig seyn; dagegen in der zuletzt angeführten der Accusativ ebenso wenig stattfinden, wie der Ablativ in den aus *Velleius* und *Ovid* bemerkten Stellen, wo allenfalls nur der Ablativ ohne die Präposition nach *Iustin* oben c. 6, 9 gesetzt werden konnte.

§. 9. *Si quorum patres occidissent*. Der Conjunctiv steht hier, insofern von etwas, das in der Vergangenheit öfter vorkam und wiederholt wurde, die Rede ist, wo im Griechischen der Optativ gesetzt wird. Dieser Conjunctiv findet sich gemeiniglich nach Pronominibus und Adverbiis relativis, wovon wir ein Beispiel haben XXV, 4, 2: *nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum, sustinere potuit*. Aber auch nach *si*; wie II, 4, 10: *Si qui mares nascerentur, interficiebant*; c. 10, 23 *sicubi metus abesset, inflatus. Suet. Aug. 79: gaudebat, si qui sibi acrius contuenti vultum submitteret*; c. 82: *si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Cic. p. Rosc. Am. 38: In privatis rebus si qui rem mandatam negligentius gessisset, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant*. Dass indess in solchen Fällen auch der Indicativ gesetzt werde, sieht man aus *Caes. B. G. I, 48: hi, si quid erat durius, concurrebant*; *si qui, graviore vulnere accepto, equo deciderat, circumstitebant*. Ebenso wird auch *et* im Griechischen con-

trahebant; quorum pueritia inter varias expeditiones militia erat. Itaque a parvula aetate laboribus periculisque<sup>10</sup> indurati, invictus exercitus fuere: neque castra aliter quam patriam, neque pugnam aliud unquam quam victoriam duxere. Haec soboles nomen habuit *Epigoni*. Parthis<sup>11</sup> deinde domitis, praefectus his statuitur ex nobilibus Per<sup>12</sup>sarum Andragoras; unde postea originem Parthorum reges habuere.

CAP. V. Interea Alexander non regio more, sed hostili odio saevire in suos coepit. Maxime indignabatur, 2

struirt. *Thucyd. VII, 79: εἰ μὲν ἐπιοῦν οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπερώρου, εἰ δ' ἀναχωροῦν, ἐπέκειντο;* vergl. *Matth. Gr. Gr. §. 521. p. 740.* Uebri- gens muss der Ungeübtere nicht glauben, dass durch den Conjunctiv, oder den Optativ der Griechen in diesem Fall eine Ungewissheit, oder eine Wiederholung an und für sich bezeichnet werde. Der Conjunctiv steht vielmehr, weil bei einer solchen Erwähnung der Wiederholung einer Handlung oder eines Ereignisses nicht auf eine aus den wiederholten Handlungen ausgewählte bestimmte Handlung die Anwendung gemacht, sondern letztere zu machen, auf welche Jemand wolle, überlassen wird. Ferner wird der Begriff der Wiederholung nicht durch jene Modus bezeichnet, sondern durch das Tempus des beigefügten Verbi, weshalb gemeiniglich auch ein Imperfectum dabeisteht, oder auch der Infinitivus historicus, wie bei *Liv. III, 63, 3: Consul providere omnia, laudare fortes, increpare, sicubi segnior pugna esset.* Nachzulesen ist in dieser Hinsicht *Hermanns Auseinandersetzung zum Viger. p. 909 seq. Ed. III. und Zumpt Gr. §. 87. 9. f.*

§. 11. *nomen habuit Epigoni.* Man bemerke hier den Nominativ *Epigoni*, der gleichsam indeklinabel gesetzt ist, da man entweder den Genitiv oder Accusativ erwarten sollte. Dies geschieht besonders, wenn der Name mit einer gewissen Bedeutsamkeit, und in seiner eigentlichen Form angegeben werden soll. *Ovid. Met. I, 168: Est via sublimis coelo manifesta sereno, lactea nomen habet.* *XV, 95: Cui fecimus aurea nomen.* *Sueton. Claud. 24: Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, cognomen Chaucius usurpare concessit,* wo *Burmans* nachzusehen ist. Vergl. *Bremi zu Corn. Arist. 1, 2.*

CAP. V. §. 1. *non regio more, sed hostili odio.* So liest die *Ed. Rom.*; in der gewöhnlichen Lesart: *non regio, sed hostili odio* giebt *odium regum* keinen passenden Sinn; man müsste denn ein zwiefaches Zeugma annehmen, indem zu dem ersten Gliede nicht allein ein passendes Verbum, sondern zu dem Adjectiv *regio* auch ein entsprechendes Substantiv hinzuzudenken wäre. Bei der von mir aufgenommenen Lesart findet ein einfaches Zeugma statt, indem nur zu dem ersten

carpi se sermonibus suorum, Philippi patris, patriaeque  
 3 mores subvertisse. Propter quae crimina Parmenio quo-  
 que senex, dignitate regi proximus, cum Philota filio, de  
 4 utroque prius quaestionibus habitis, interficitur. Fremere  
 itaque omnes universis castris coepere, innoxii senis filiique  
 5 casum miserantes; interdum, *se quoque non debere me-*  
*lius sperare*, dicentes. Quae quum nuntiata Alexandro  
 essent, verens, ne haec opinio etiam in Macedoniam di-  
 vulgaretur, et ne victoriae gloria saevitiae macula infu-  
 scaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victoriae  
 6 nuntios missurum. Hortatur milites suis scribere, rario-  
 rem habituros occasionem propter militiam remotiorem.  
 7 Datos fascies epistolarum tacite ad se deferri iubet: ex qui-  
 8 bus cognito de se singulorum iudicio, in unam cohortem  
 eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit, aut  
 consumpturus eos, aut in ultimis terris in colonias distri-  
 9 buturus. Inde Drancas, Evergetas, Parymas, Parapam-  
 10 meni, Adasprios, ceterosque populos, qui in radice Cau-  
 casii morabantur, subegit. Interea unus ex amicis Darii

Gliede ein entsprechendes Verbum zu ergänzen ist. S. die Anmerk. zu I, 9, 12. Abr. Grönov lies't nach drei Handschriften *non regio, sed hostili more*; vielleicht ist dies die richtige Lesart; vergl. XIV, 6, 1.

§. 6. *suis scribere*. So steht nicht selten nach den Verbis, *bitten* *ermahnen* etc. der Infinitiv, statt *ut*; häufiger bei Dichtern, doch auch bei Prosaikern. Corn. Nep. Phoc. 1, 3: *Hic quum a rege Philippo munera pecuniae repudiaret legatique hortarentur accipere*; vergl. Iustin. II, 12, 21; III, 1, 3; V, 1, 4. S. Corte zu Sall. Cat. 52, 24: Drakenb. zu Liv. XXXVII, 49, 1. Zumpt. Gr. §. 80, 10. b. A. 1.

§. 8. *durius opinati fuerant*. *Opinari* hier nicht bloß von den Gesinnungen, sondern auch zugleich von den Äußerungen derselben. Ebenso bei Sueton. Aug. 51: *Quum Aemilio Aulo, Cordubensi, inter cetera crimina vel maxime obiiceretur, quod male opinari de Caesare soleret*; c. 67: *Cosmum servum, gravissime de eo opinantem, non ultra, quam compedibus, coërcuit*. Auf gleiche Weise wird *existimare* gebraucht. Corn. Nep. Dion. 7, 3: *insuetus male audiendi non aequo animo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paulo ante in coelum fuerat elatus laudibus*; vergl. Sen. de ira. III, 22. Ep. 31. Cic. ad Fam. XVI, 4, 3: *De medico et tu bene existimari scribis, et ego sic audio; sed plane curationes eius non probo*. S. Causabon. zu Suet. Aug. c. 51.

Bessus vinctus perducitur, qui regem non solum prodi-  
derat, verum et interfecerat. Quem in ultionem perfidiae<sup>11</sup>  
excruciandum fratri Darii tradidit; reputans, non tam ho-  
stem suum fuisse Darium, quam amicum eius, a quo  
esset occisus. Et ut his terris nomen relinqueret, urbem<sup>12</sup>  
Alexandriam super amnem Tanaim condidit, intra diem  
septimum decimum muro sex millium passuum consum-  
mato, translatis eo trium civitatum populis, quas Cyrus  
condiderat. In Bactrianis quoque Sogdianisque duodecim<sup>13</sup>  
urbes condidit, distributis his, quoscunque in exercitu se-  
ditiosos habebat.

CAP. VI. His ita gestis, sollemni die amicos in con- 1  
vivium vocat. Ubi orta inter ebrios rerum a Philippo 2  
gestarum mentione, praeferre se patri ipse, rerumque  
suarum magnitudinem extollere coelo tenus coepit, assen-  
tante maiore convivarum parte. Itaque quum unus e se- 3  
nibus Clitus, fiducia amicitiae regiae, cuius palmam tene-  
bat, memoriam Philippi tueretur, laudaretque eius res

CAP. VI. §. 2. *coelo tenus*. Dafür an andern Stellen *in* oder *ad*  
*coelum*; über *tollere* vergl. Herzog zu Sall. Cat. 48, 1. Hinsichtlich der  
Bedeutung und des Gebrauchs von *tenus* möge hier die Bemerkung des  
Hrn. Hoffmann in seiner trefflichen Recension der lat. Grammatik von  
Ramshorn in den Jahrbüchern von Jahn, Jahrg. III. erstes Heft p. 30.  
wiederholt werden: „*Tenus* ist ursprünglich Substantiv, wie die Zeug-  
nisse des Festus und Servius und Stellen des Plautus zeigen, und be-  
zeichnet die *ausgespannte Schnur*, das *gezogene Seil*, und wegen seines  
bei Grenzbestimmungen Statt findenden Gebrauchs (*Isidor. 15, 14.*) die  
*gezogene Grenzlinie*, das *Ende*. Daher kommt es auch, dass es in der  
ältern Latinität gerade wie *instar*, mit dem *Genitiv* construiert wird.  
Der Ablativ kann also nicht das *Woher* oder *Wovon* bezeichnen, son-  
dern steht auf die Frage *Wo*, denn *hactenus* ist *hac parte tenus* (*est*,  
*esto*). In fast gleicher Weise construierte man auch den alten Ablativ  
*fini*. A. Gell. I, 3. Cat. R. R. XXI, 3; *ibid.* XXVIII, 2: *operito terra*  
*radicibus fini* d. i. *radicibus tenus*. Uebrigens steht *tenus* zuweilen  
auch mit dem Accusativ; vergl. Fea zu Horat. Ep. I, 1, 32.“

§. 3. *cuius palmam tenebat*. *Palmam alicuius rei tenere* heisst den  
Vorzug in einer Sache haben; denn *palmā* ist eigentlich der Preis des  
Sieges, den die Sieger erhielten. Justin will demnach durch diesen ge-  
wählten Ausdruck sagen: Wenn es auf einen Wettstreit um den Besitz  
der Freundschaft Alexanders angekommen wäre, so würde Klitos si-  
cherlich den Preis davongetragen haben. Auf gleiche Weise heisst es

gestas, adeo regem offendit, ut telo a satellite raptō  
 4 eundem in convivio trucidaverit. Qua caede exsultans,  
 mortuo patrociniū Philippi, laudemque paternae mili-  
 5 tiae obiectabat. Postquam satiatus caede animus con-  
 quievit, et in irae locum successit aestimatio, modo per-  
 sonam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere  
 6 eum facti coepit: quippe paternas laudes tam iracunde  
 accepisse se, quam nec convicia debuisset, amicumque  
 senem et innoxium a se occisum inter epulas et pocula,  
 7 dolebat. Eodem igitur furore in poenitentiam, quo pri-  
 8 dem in iram versus, mori voluit. Primum in fletus pro-  
 gressus amplecti mortuum, vulnera tractare, et quasi  
 audienti confiteri dementiam: arreptum telum in se vertit;  
 9 peregissetque facinus, nisi amici intervenissent. Mansit  
 10 haec voluntas moriendi etiam sequentibus diebus. Acces-  
 serat enim poenitentiae, nutritricis suae, sororis Cliti, re-  
 11 cordatio, cuius absentis eum maxime pudebat: tam foe-  
 dam illi alimentorum suorum mercedem redditam, ut, in  
 cuius manibus pueritiam egerat, huic iuvenis et victor pro  
 12 beneficiis funera remitteret. Reputabat deinde, quantum  
 in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum  
 atque invidiae, quantum apud ceteros amicos metum et  
 13 odium sui fecerit; quam amarum et triste reddiderit con-  
 14 vivium suum; non armatus in acie, quam in convivio terribi-  
 lior. Tunc Parmenio et Philotas, tunc Amyntas consobrinus,

XV, 3, 16: *consensu universorum palmam virtutis inter ceteros tulit.*

§. 5. *aestimatio*. In den alten Ausgaben wird *existimatio* gelesen, was andere Herausgeber nach Gronov zu Liv. XXXIV, 2, 5 aufgenommen haben. *Aestimatio* ist Abschätzung, Erwägung; aber *existimatio* das Resultat der Erwägung, das Urtheil. Vergleicht man nun das Folgende, so wird man sicherlich die durch alle Handschriften des Bongarsius erhaltene Lesart *aestimatio* vorziehen. Tacit. An. XI, 26: *Scelus inter ancipitia probatum veris mox pretiis aestimaret*. Vergl. die Anmerk. zu III, 7, 4.

*considerans, pigere eum facti coepit*. Nach der Regel der Grammatik müsste es heißen: *considerantem pigere facti coepit* oder *quum consideraret*. Ueber diese Unregelmässigkeit habe ich zu XI, 7, 6: *percontatus eam — respondit*, gesprochen.

tunc noverca fratresque interfecti; tunc Attalus, Eurylochus, Pausanias, aliique Macedoniae extincti principes occurrerant. Ob haec illi quadriduo perseverata inedia est, do-15 nec exercitus universi precibus exoratus est, precantis, *ne ita morte~~m~~ unius doleat, ut universos perdat, quos in*16 *ultimam deductos barbariam, inter infestas et irritatas bello gentes, destituat.* Multum profuere et Callisthenis17 philosophi preces, quondam condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius accitus. Revocato igitur ad bella animo,18 Chorasmos et Dahas in deditionem accepit.

CAP. VII. Deinde, quod in primo ex Persico super- 1

§. 14. *occurrebant.* Ebenso XL, 1, 2. Dafür heisst es vollständiger XIV, 6, 10: *memoriae occurrere.*

§. 15. *perseverata inedia est.* Die transitive Verbindung mit dem Accusativ findet sich von *perseverare* auch anderwärts. *Cic. p. Quint.* 24: *Neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse.* *Liv. XXII, 38, 13: quo id constantius perseveraret,* zu welchen Stellen die Interpreten nachzusehen sind. Man verkenne aber nicht, dass in denselben der Accusativ durch ein Pronomen ausgedrückt ist, den die Späteren auch von Substantiven gebrauchten. *Symmach. Ep. I, 37: qui amicitiam stabili diligentia perseveras.* *mortem unius doleat.* In einigen Handschriften wird auch *morte* gelesen; doch verbindet Justin *dolere* öfter mit dem Accusativ. XXIV, 6, 8: *orbitatem amissorum filiorum dolebant.* XXVIII, 4, 4: *suam vicem omnes dolebant.* XXXII, 3, 2: *Philippus impatientius in dies mortem Demetrii dolebat.* IX, 7, 2: *non minus Olympiadem repudium et praelatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse.* Vergl. XI, 1, 3; XLII, 4, 13. Daher auch XVIII, 3, 2: *quorum casus etiam dolendi fuerunt.* S. Drakenb. zu *Liv. V, 11, 5.*

§. 17. *quondam condiscipulatu.* So hat Scheffer die Lesart nach den Handschriften, welche *quondam discipulatu* haben. Das *quondam* scheint im Gegensatz des folgenden *tunc* nothwendig; wenigstens wird der Satz dadurch ansprechender. Die alte Schreibart *condam* und das nachfolgende *cond* gaben leicht zur Irrung Veranlassung.

CAP. VII. §. 1. *in primo.* I. e. in principio, initio. So wird *primum* nicht selten als Substantiv gebraucht, das *Erste*, nach Ort oder Zeit. In den gewöhnlichen Ausgaben fehlt die Präposition; die aber mehrere Handschriften haben und auch gebilligt worden ist von Gronov zu *Liv. X, 14, 17.* Corte zu *Sall. Jug. 68, 4* und Wasse zu *Sall. Jug. 63.* (59, 2. ed. Cort.) Vergl. *Abr. Gronov* zu unserer Stelle.

biae regiae more distulerat, ne omnia pariter invidiosiora  
 2 essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimus inter  
 recusantes Callisthenes fuit. Quae res et illi, et multis  
 principibus Macedonum exitio fuit: siquidem sub specie  
 3 insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen est a Mace-  
 4 donibus mos salutandi regis, explosa adoratione. Post  
 haec Indiam petit, ut Oceano, ultimoque Oriente finiret  
 5 imperium. Cui gloriae ut etiam exercitus ornamenta con-  
 venirent, phaleras equorum et arma militum argento in-  
 ducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis *Argyra-*  
 6 *spidas* appellavit. Quum ad Nysam urbem venisset, op-  
 pidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi patris,  
 a quo condita urbs erat, parci iussit; laetus non militiam  
 7 tantum, verum et vestigia se Dei secutum. Tunc ad spe-  
 ctaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis,  
 vite, hederaeque non aliter vestiti, quam si manu cultus,  
 8 colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus  
 eius, ubi ad montem accessit, repentino impetu mentis in  
 sacros Dei ululatus instinctus, cum stupore regis, sine  
 noxa discurrit: ut intelligeret, non tam oppidanis se par-  
 9 cendo, quam exercitui suo consuluisse. Inde montes Dae-  
 dalos, regnaque Cleophridis reginae petit. Quae quum  
 se dedidisset ei, concubitu redemptum regnum ab Ale-  
 xandro recepit; illecebris consecuta, quod virtute non  
 10 potuerat; filiumque ab eo genitum Alexandrum nominavit,  
 11 qui postea regno Indorum potitus est. Cleophris regina,

*omnia pariter.* Man verbinde *pariter* nicht mit *invidiosiora*, was unlateinisch seyn würde, und dann *invidiosa* heissen müsste; sondern mit *omnia*: Wenn alle diese Anordnungen zu einer Zeit gekommen wären.

§. 7. *manu cultus.* I. e. *opera sive arte humana.* So steht *manus* nicht selten im Gegensatz von *natura*. XXIV, 6, 7: *nec manu facta, sed naturalia praesidia defendunt.* Caes. B. G. V, 57, 1: *quum et loci natura, et manu munitissimis castris sese teneret.* Cic. de Fin. III, 22, 74: *quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum etc.* Curt. V, 1, 34: *quum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim excedendo perimat.* Mehrere Beispiele liefert Drakenb. zu Liv. II, 5, 4.

§. 10. *regno — potitus est.* Andere Ausgaben lesen *regnum*. S. die Anmerk. zu VI, 4, 8.

propter prostratam pudicitiam, *scortum regium* ab Indis exinde appellata est. Peragrata India, quum ad saxum<sup>12</sup> mirae asperitatis et altitudinis, in quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit, Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terrae motu prohibitum. Captus itaque<sup>13</sup> cupidine, Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxo, omnes eius loci gentes in deditio-  
nem accipit.

CAP. VIII. Unus ex regibus Indorum fuit, Porus nomine, viribus corporis et animi magnitudine pariter insignis, qui bellum iampridem, audita Alexandri opinione,<sup>2</sup>

